Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Credo. Offe Oblatis cum hymnis orbem tue qui non commouebit parata sedes tua dominus exercituum ipse est rex gloriae. Secr. Munera nostra quesumus domine nativitatis hodiernae mysteriis apta proueniat. ut sicut homo genitus idem refulsit deus. sic nobis haec terrena substantia conferat quod diuinum est. Secr. Accipe quesumus domine munera dignanter oblata. et per ineffabilem sublimia gaudia meritis ad nostre salutis auxilium proueniat consecrata. Per. Postcom. Ecce quomodo natus est. et. Communicantes. Co. Exulta satis filia sion laetare filia iherusalem ecce rex tuus venit sanctus et saluator mundi. Oplin. Hunc nos domine sacramenti semper natalicia nouitas mirificet. cuius nativitas singularis humanam repulit vetustatem. Oplin. Sacratis domine familiam tuam muneribus sacris eius quesumus semper in recreatione nos reficere cuius sollempnia celebramus. Per. Ite missa est. Ad publicam missam.

Verbum caro factum est nobis et filio datus est nobis cuius imperium super humeros eius et vocabitur nomen eius magni consilii angelus. Ps. Cantate domino canticum nouum quia mirabilia fecit. Gloria in excelsis. Oro.

Omnipotens sempiterne deus. ut nos unigeniti tui nouitate carnis eiusdem natiuitatis libertate. quesumus subpeditati uetusta seruitutem. Per. Ioh. ylare. Epistola.

Haec dicit dominus. Propter hoc laetabitur populus meus nomen meum in die illa quia ego ipse qui loquebar ecce adsum. Quam pulchri super montes pedes annunciantis et predicantis pacem. annunciantis bonum predicantis salutem dicentis sion. regnabit deus tuus. Vox speculatorum tuorum leuauerunt vocem simul laudabunt: quia oculo ad oculum videbunt. cum conuertet dominus sion. Gaudete et laudate simul deserta iherusalem: quia consolatus est dominus populum suum. Et videbunt omnes fines terre salutare dei nostri.

Ebr. Multifariam. Ad hebreos.

Multifariam multisque modis olim deus loquens patribus in prophetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio suo quem constituit heredem universorum per quem fecit et secula. Qui cum sit splendor gloriae et figura substantiae eius. portansque omnia verbo virtutis suae purgationem peccatorum faciens sedet ad dexteram maiestatis in excelsis tanto melior angelis effectus. quanto differentius prae illis nomen hereditauit.